PER ILLVSTRIS

HEROI CVLTISSIMI

VIRI RVBENTI CALATRAVENSI, STEMMATE CONSPICVI.

D. D. IOANNIS DE CARVAjAL ET SANDE.

CANCELLARIÆ GRANATENSIS iam olim Cancellarij,

Poſtmodum Pintiani Senatus Præſidis,

DEMVM REGII ÆRARII PRÆFECTI Vigilantiſsimi.

Auxilium, ſibi & hiſce ex iuris Viridario aſſertionibus cupiens.

Libens, lubens obſecrat, & a ter præſide præſidium fidenter expectat.

Lare, nec ſanguine alienus.

D. Gabriel de Saavedra Orellana.

MATRITI ANNO M.DC.LIII.





HÆsi diu (Vir Augustissime) in pudoris, & audatiæ confinio, vt hæc litteraria, neque illitterata munuscula tuæ celsitudini sisterem. Verebar ad tanti numinis aras marcentes spargere flores, sed vt subeius amararentur conspectum, pudorem, & audatiam in reverentiam composui. Tibi ergo hoc devincti animi munimentum destinavi, continuis elaboratum vigilijs, indignum tamen, vt obsequio tuo mancipare, sed si quæsijssem fastigio tuo (selectioris litteraturæ Princeps) dignum munus non habeam, si maximè conveniens, istud erat, vt sub auspicijs tuis, præsertim ex tuorum desecatæ stirpe patrono adstipulante, hanc Iurisprudentiæ capeserem pugnam. Quis crederet inter tot Militum Togatorum stripitum, quo te vigilantissimum exhibes Tribunum, inter tot negotiorum molles, quæ iustitiæ lance diligenter expendis, expandens sereta causarum, musas quoque nostras, in secretum tuum ausas intrare.

At

At qui capacissimus animus tuus, & per omnem eruditionem lævigatus, nuper michi in sacrario tuo, veluti de maturis, & ad vera negotia, penè otiosis litteris, eluxit; quippe cum in litteris cum litteratis studiosum, in foro cum forensibus agas Senatorem, & Præsidem. En ergo schedicum opus, quod recenseas otiabundus, nostrum sudorem, ac pulverem academicum expectans, veluti coronatus auriga depodio, si rem ex asse discingas, plura delebis, quàm plura limabis, sed & illud amplector, si pro charitate, qua polles, non fueris vsque quaque censendi continentissimus, imo potius sententia tua, quidpiam super his apicibus antiquet, tùnc enim certo certiùs te probasse aliqua gaudebo, si litturauisse, aliqua cognovero. Vale, & publicæ vtilitatis ingratiam, diu felix vive.

Mar-

Martialis ad lib. 2. Epigram.

TErcentena quidem poteras Epigramata ferre:
Sed quis te ferret per legeretque liber?
At nunc, succincti quæ sunt bona, disce libelli.
Hoc primum est, Brevior quod mihi charta perit.
Deinde quòd hæc vna per agit librarius hora,
Nec tantùm nugis serviet iste meis.
Tertia res hæc est, quòd si cui fortè legeris:
Sis licet vsque malus, non odiosus eris.
Te conviva leget mixto quincunce: sed ante,
Incipiat positus quàm tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus brevitate videris.
Heu mihi, quàm multis sic quoque longus eris?

ACA-

ACADEMICVM
DIARIVM CERTAMEN
IN QVO

CÆSARVM, CAII, PAPINIANI, Pauli, Scæuolæ, Pomponij, Iuliani, Vlpiani, Taciti, Historiographi, & aliorum de incestis nuptijs, fragmenta, lustrantur, censuræque antecessorum, examini candidatorum exponuntur publicæ iuventutis in gratiam.

A

D. GABRIELE SAAVEDRA,
Auspicijs

Nobilissimi Præceptoris sui.

D. PETRI DE VLLOA GOLFIN.

Collegij Maioris Conchensis punicea clamide meritò condecorati, & Vespertinæ Decretalium Cathedræ antecessoris.

CAPVT PRIMVM.

De nuptijs inter parentes, & filios naturali iure, Diuinóq; improbatis.

COncubium parentis, & filiæ, matris, & filij monstro similem, qui
Fratres sibi ipsi genuit implicitum malũ,
Magisq; monstrũ Sphynge perplexũ sua.
Non solum scripta lex, sed etiam naturalis ratio animis nostris diuinitus indita execratur, idque adeò, vel ex eo perspicue apparet, quod
Feræ quoq; ipsæ Veneris euitent nefas,
Generisque leges inscius seruet pudor.

Sen. in OEd. Act. 3. in Agam. Act. 5. L. 14. §. vnde, l. fin. de ritu nupti. Nouell. 12. l. eum qui, C. de Episc. & Cleric. Leuit. cap. 18. & 20.

Aristot. lib. 9. hist. anim. c. 47. AElia. lib. 4. & 5. Plin. lib. 8. c. 42. Nico. Lyr. in Matth. cap. 19.

I.

NEC Iuvat dicere, quod gentes quam plurimæ esse ferantur,
In quibus, & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato crescit amore. Quip-

EarumCatalogum texit Arnob. 8. cõtr. gent. Hieron. in Iovin. Philo. de ll. Mos. Eusebius in præparat. Euangel. Theodor. lib. 3. & 9. de Cur. Græc. affect. Chrysost. in lib. de Virg. cap. 9

Cæſ. de bell. Gall. 5. Lucan. lib. 8. Alexand. ab Alexan. lib. 1. Gen. cap. 24. Cæl. lib. 8. cap. 18.

Quippè has omnes prępoſtero abuſu, & praua conſuetudine naturæ ius violaſſe, non mutaſſe conſtat.

II.

ROmani ergo naturalis iuris vindices, & aſſertores, naturæ dictamini ex aſſe in ſeruiẽtes, omnibus gentibus tacitè inſito, legeq; Dei expreſsè repetito, nuptias inter parẽtes, & filios vſq; in infinitum tãquam inceſtas, nefariaſq; damnarunt, nec mirũ nam parentes, quos apud Romanos necnudos quidem videri, fas erat, quibus oculis ſuſtineas contineri in lecto? quibus lenocinijs pro lectari in Venerem? quo ore baſiari? quibus circundari amplexibus?

Plato 8. de ll.

Vlpian. reg. titu. 5 § 6. Caius lib. 1. inſtit. tit. 4, §. 2. l. 17. C. de nupt.

Plut. in Cat. Mai.

III.

HInc ſtatim pululat aliud contra naturæ legem in conveniens, quia omnibus liberis innatus eſt amor

re

reverentialis erga parentes, hunc verò ducta in coniugem filia à coniugali stingui necesse est, qui enim auctoritatem paternam tueri possis, erga eam, quam sociam, & dominam familiæ tecum constitues? Cui adulationis blanditijs supparasitari? Quam precibus in constanti amore retineri cogaris? Differunt amicitiæ liberorum, & parentum, item vxoris, & mariti officijs affectu, & gradu.

Aristot. 8. Eth. c. 7. & 10.

IV.

Constat proindè in his quidem speciebus nuptiarum, incestum iure gentium committi, cuius veniam sexus infirmitate, vel iuris ignorantia, neque mulieres, neq; minores, neque milites depræcari possunt, cum naturali iure, cuius, vtpote non scripti, nati, ignorantia defendi nequeunt, prohibitam rem admisserint.

L. auxilium 37. de minor. l. 7. de iuris, & fact. ignor. l. 38. §. 2. ad leg. Iul. de adult.

Nec

V.

NEc interſt huiuſmodi perſonarum coniunctio ex iuſtis nuptijs deſcendat; vel non, nam & ex ancilla ſuſceptam,& vulgari venere quęſitam vxorem ducere genitori minimè conceditur, ſervileſque adeò cognationes in hoc nuptiali iure obſervātur, cum natura omnibus communis ſit iamque diu decantatum.

L. 8. l. 14. §. 2. de ritu nuptiar.

Ne ve parentis
Concubitu vetito naturæ pollue fœdus.

Ovid. 10. Met.

VI.

OCcurrit inſpectio de nuptijs inter filias,& parentes adoptivos, & in limine ſine hæſitatione conſtat parenti adoptivo inhibitum ad filiæ adoptivæ cōvolare nuptias,quod adeò verum eſt. Vt etiam diſoluto adoptionis nexu, huiuſmodi nuptiæ inceſtæ, in-

Caius lib. 1. inſtit tit. 4. §. 2. l. 55. de rit. nuptiar. Caius vbi ſupra, l. 13. de adopt.

iniustæ, & nullæ credantur, sed vtrum moribus, an lege expressa, cum dubitatur, par est credere, moribus invalescentibus parentis, & filij adoptivi nominibus, propè naturalem pudorem, nulla adiuvante lege, hanc prohibitionem extorsisse, ne naturæ imago, & paternitatis naturalis commentum concubitu pollueretur, à quo nature veritas tacito abhorret sensu.

CAPVT SECVNDVM.

De coniugijs fraternis propè iure gentium improbatis, damnatisq; ex moribus Romanorum, deindè legibus.

ETiamsi perversis multarum gentium legibus, & moribus fraterna permitterentur coniugia, ab ipsarum Dijs, qui similes inierunt nuptias morem, & modum auspicantes, melior tamen consuetudo, & Romanorum nuptialis disciplina propè pudori na-

Plut. in Artox. Iustin. lib. 11. Lucanus lib. 8. & 10. & prolixe congesti. à Tiraq. in l. Connub. Aristot. de Repub. lib. 1. cap. 1. sect. 2. & Alex. ab Alexand. lib. 2. gen. cap. 24.

naturali inferuiens, fratrum, & fororum maluit exhorrere connubia.

I.

APud Romanos ergo fratrum, & fororum concubitus, & fi naturali iuri ex affe non contrarius, tamen nefarius, & inceftuofus iudicatus eft, vtpote fubvertens diverfarum neceffitudinum vincla, quibus homines cõnecti focialis vitæ poftulat necefsitas.

L.8. Caius inftitu. lib. 1. tit. 4. §. 3.

Nam fanguine mixto
Texitur alternis ex gẽtibus vna propago.

Prudent. Plut. in prob. c. 108. Chryfoft. in 1. Chorint. Homil. 34. Philo. de ll. Mof. Cafsiodor. lib. 7. var. Ep. 46. D. Auguft. lib 15. de Civit. Dei, cap. 16. D. Thom. 2.2. q. 154. art. 9.

Et fœmineus fexus plures patronos acquirit, vt five à cognatis, five à marito iniuriam patiatur, quò fe pofsit recipere habeat; voluerunt difufum genus humanum per affinitates quafi continere, ne, dum quò longius à ftipite per generationũ propagines, & à nobis invicem difcedimus, eo minori vinculo viviremus devincti.

Sed

II.

SEd an apud Romanos lege expressa fraterna improbarentur coniugia, an moribus cum dubitatur, interpretum animi pendent, neque magis in fabulis varius est Protheus, nos tamen mediam capesentes viam credimus, tacita morũ suffragia, quæ à principio fratrum conubia à Romanis exterminarunt limitibus, postea in expressam convolasse rogationem Pontificiam fortasis, nam totum ius de incestis, ac polutis nuptijs ad Pontifices pertinuisse facilè ex Tacito teste evincimus, & propugnabimus.

L.8. de ritu nupt, l.35. ff.de verbor. oblig.

Tacit. lib. 1. Annal. Dio. lib. 48. Cicer. lib. 2. de leg.

III.

VTique inter fratrem, & sororem illicitæ, nullæ, & incestæ nuptiæ iure civili, & Ecclesiastica disciplina iudicantur, sive ab eodem patre, ea-

L. Et nihil 54. de rit. nup. Caius lib 1. inst, tit. 4. §. 3 §. inter eas de nuptijs.

demque matre, nati fuerint, sive ex altero eorum, explosa iuris Attici differentia, cum sorore consanguinea nuptias permittentis, cum vterina improbantis.

IV.

Plut. in Themist. Æmil. Prob. in prohemio de vit. excel. Imp. Seneca de mort. Claudij, iuncto Turn. adversar. lib. 18. cap. 13. Paser. ad Proper. lib. 3. eleg. 11.

INde fluit, vt si quis iuris ignorantia ductus (cui ius ignorare liceat) nuptialibus fascibus talamum incestauit sororis, à pœna incesti liberetur, cum solum ex gradu ascendentium incestum iure gentium committatur.

L fin. de rit. nupt.

V.

QVinimò fraternitas adoptionis commento quæsita nuptijs impedimento est, vndè si sororem adoptivam duxeris in vxorem, incestæ, & nullæ nuptiæ sunt iure civili, & Canonico adoptione perdurante, eius tamen vinculo per emancipationis fabulam dissoluto, fratre sorore vè

Caius lib. 1. instit. titu. 4. § 3. l. 55. de rit. nupt. l. 9. §. vlt. de liber. & posth. l. 35. de verb. obligati. cap. vnico de cogn. leg.

vè per adoptionem quæsito, à patre naturali emancipato, vel alterius tradito mancipio, nuptiæ non improbantur, imo inter eosdem contractæ, post alterius cuiusq; emancipationem, sustinentur, nam constat nuptias abinitio inutiles multis ex causis conciliari.

VI.

QVid tamen iuris? Si nuptijs contractis fraternitas per adoptionem superveniat, veluti si generum in locum filij adoptavero? Lubrica quæstio est, in qua pedem conferre, manum conserere nostræ Iurisprudentię Principes videntur; in eà ergo propugnabimus, nuptias optimo iure subsistentes, dissolui, genero in familiam soceri adscito, non verò adoptionem impediri, vndè suadetur his, qui generum adoptare volunt, vt prius filiam emancipent, qui nurum, vt filium, ne videlicet soror fratri nupta videatur.

L. 67. §. 3. de ritu nupt. Dio. lib. 60.

CAPVT TERTIVM.

De nuptijs inter avunculum, & filiam sororis, aut neptem; inter patruum fratrisque filiam, & neptem.

HIs consequenter adiungimus, patrui seu avunculi cum sororis, vel fratris filia, aut nepte antiquitus nuptias improbatas, nam turbato naturæ ordine, saltim nominum Religione; tali ex cõcubitu nati filij, & fratres vnà nascebantur, tanquam ex matrimonio inter patrem, & filiam improbè contracto, cum patris nomen avunculis, & patruis iure convenire certò certiùs sit.

Catul. Epigr. 112. Aufilena viro cõtentas vivere solo, Nuptarum laus è laudibus eximijs. Sed cuivis quamvis succumbere fas est, Quam matrẽ fratres efficere ex patruo.

I.

D. Amb. Epist. 66.

HÆc ita fuisse asseveramus: *Silvestrem montana thorum cum sterneret vxor frondibus, & culmo vicinarumque ferarum pellibus.* Et ante quam vni

vni parendi necefsitas apud Romanos fuiffet, conftat fanè noua in fratrum filias infaniā excogitaffe coniugia, proh dolor! Claudius Imperator Agripinæ fratris fui Germanici amore bachatus.

Tacit. lib. 12. Ann.

Genitamque fratris coniugem captus fibi
Thoris nefandis flebili iunxit face.

L. Ann. Senec. in Octav. Act. 1.

Magis Semiramis cum Nino flagitiū, quam veternofam Romanorum pudicitiam intuens, cuiusfacti turpitudinem publici, Senatus Confulti velamento tegiffe, Suetonius, Tacitus, & alij memorant. Impofterum cum filiabus fratrum permifsis coniugijs.

Cuius meminit Orof. lib. 1. cap. 4. Curt. lib. 7.

Suet. & Zonar. in Claud.

Eoque referendus Vlpianus regular. tit. 5. § 6. & apud Licinium Rufinū coll. leg. Mof. titu. de inceft. nupt. & Locus Capitolini. in Anto. Philof. & iura quæ loquuntur de avunculo, non de patruo cōgefta, à Cuiac. Otom. Brifo. Giph. & alij.

II.

Habuit deniq; pudicitia fuos vindices, & vltores nam talium matrimoniorum, fordes per 200. circiter, & 50. annos, plufquam per legitimum tempus, nefariam turpitudinem præfcribentes radicitus publicæ honeftatis

L. I. C. Theod. de inceſt. nupt. Ambr. Epiſtol. 66 Canon. 54. Syn. 6. in Trul. vbi plura Balſamon.

in gratiam conſtanter Conſtantinus, & Conſtans ab Eccleſiaſtica diſciplina rectum mutuantes exemplum evulxerunt ſine diſcrimine nominis fratris, vel ſororis tales concubitus perfecta conſtitutione damnantes, ſicque coniugia impriſtinum candorem non ſuſpenſum, ſed abruptum feliciori poſtliminio redijſſe aſſeveramus.

III.

Conſtantini, & Conſtantis conſtitutionem tempore, vel quòd credibilius eſt, contemptu abolitam iterum hominum libidine invaleſcente, impriſtini nitoris obſervantiam reſtituit Ceno Imperator, cuius placito libenter adſtipulantes ſequentes Cæſares, his coniugijs legitimi conubij iura abnegaſſe propugnabimus.

In l. vlti. C. de inceſt. nupt. & in l. vltim. C. ſi nupt. ex reſcrip. petant. Iuſtinianus, §. fratris 3. inſt. de nuptijs.

IV.

AN Verò filiam sororis, vel fratris adoptivi, vxorem olim ducere liceret, lubrica quæstio est, in qua pedem quis figat, licet sine lapsu, aut relapsu, nos in re ambigua, Caij, & Vlpiani vestigijs inservientes, asseveramus adoptivæ cum sororis filia omni ævo iusti conubij ius impertitum, cum filia verò fratris adoptivi (etiam post Senatusconsultum Claudij ad turpitudinem tegendum) adoptione perdurante semper denegatum.

Caij in l. 55. §. 1. de rit. nuptiar. Vlp. in l. 12. §. vlt. ff. eodem tit.

V.

SVperst quæstio de nuptijs cũ amitta, in cuius limine, quod liquido liquet, propugnabimus, scilicèt, cum amitta; idest, patris sorore, sub incesti pœna semper nuptias improbatas, vtique, & cum sorore patris adoptivi eodem

Caius lib. 1. instit. tit. 4. §. 5. l. 17. §. 1. de rit. nupt. Tacit lib. 16. l. 12. §. 4. eodem titul. de ritu nupt.

dem patre nata, & cum amitta magna, & maiore, quamvis quarto, & quinto gradu sint, quid iuris si quæras? Circa materteram, asseverabimus, in matertera, idest, sorore matris, in matertera magna, & maiore avi, & proavi materni sororibus, idem ius constitutum, dum tamen naturales essent, nam cum adoptivis sororibus matris avi, aut proavi materni iustum conubium esse, non hæsitamus.

L. 12. §. vlt. de ritu nupt.

CAPVT QVARTVM.

De nuptijs consobrinorum, fratrum patruelium, & amittinorum, aliquando ignoratis, & si postea receptis, quandoque improbatis, & si tandem permissis, semper tamen Ecclesiastica disciplina, tanquam incestis inhibitis.

CONsobrinorum fratrum patruelium, & amittinorum conubia, apud plerasque gentes permissa, neque

lege Dei improbata, & si diu priscis Romanis ignorata fuisse constet eorum potius, qui abstinebant continentia, quam certa lege, tamen sæculo impeius ruenti, & tempore addito inter eos per crebuisse, quam plurima Historiæ Romanæ munimenta prodeunt, vtiq; Tertullianus deplorat, & nos propugnamus.

Vt ex Ovidio, & Virgilio, comprobat Tiraqu. in leg. Con. Otom. Hug. Grot. D. August. de Civit. Dei, lib. 15. cap. 16.

Videre est ex Liv. lib. 25. Plut. vit. Brut Dion. lib. 53. Quin. lib. 6. Capit. in Ant. Philos.

I.

AD Quod vsque tempus sine incesti piaculo huiuscemodi conubia perduraverint, ex hæsitationis est, qua scinditur incertus studia in contraria vulgus; Temporum ergo serie repetita liquido asseveramus, consobrinorum conubia omni Iurisconsultorum ævo permissa (etiam renitente Caio Iurisconsulto, in cuius fragmento audaces Aniani manus, ferula dignas, agnoscimus) donec Theodosius primus pudoris, & continentiæ dignissimus assertor, consobrinorũ nup

L. 23. & seqq. de cond. inst. l. 3. l. 67 §. 1. de rit. nupt. l. Lucius 78. ad Trebel.

Testes sunt Aur. Vict. Epis. de Cæsar. Liba. Orat. de Angarijs. D. Amb. Epist. 66. D. Aug. lib. 15. de Civitat. Dei, cap. 16. Paul. Diacon. & alij.

L.3.C. Theod de inceſt. nupt. quam Aniano tribuit Briſ.

L.19.C. de nupti. de cuius fide dubitant. Cont. Coſt. & alij.

L. vnic C. Theod. ſi nupt. & reſcrip. petant.

Caſsiod. lib. 7. var. cap. 46. nam leg. vviſigotorum prohibita hæc coniugia, lib. 3. tit. 5. §. 1. l. vviſig. eoque referendus Caius ab Ani. inter pun ctus, lib. 1. titul. 4. §. 7.

tias, tanquam ſororum, & fratrum improbauit.

II.

THeodoſij rogationē Arcadius, & Honorius eius filij feliciter primũ Imperij ſui annum, Chriſti ſcilicèt 396. aperientes confirmarunt, ſed pro nefas, eorum laudabilis conſtitutio, ex vtero ad tumulum translata, non ab alijs, ſed a ſemetipſis anno Chriſti 405. abrogata fuit.

III.

VErum ecce rurſus aliam mutationem, nam qui illis ſucceſſerunt Imperatores Honorius, & Theodoſius conſobrinorum nuptias, quaſi communi iure damnatas, ex reſcripto petēdi facultatem dederunt, quem vſum petendi à Principe ſimiles nuptias, vſque ad Gotos Reges in Italia Regnantes, perſeveraſſe, indicat liquido Caſſiodorus. De-

IV.

DEnique Iuſtinianus Imperator, inſuper habitis maiorum legibus (fremant licet Iuriſprudentiæ Principes) conſobrinorum conubia à temporibus Apoſtolorum, tanquam fratrum improbata Eccleſiaſtica diſciplina, ex aſſe permiſsit, & hæc eſt illa lex in Republica Romana permittens cõſobrinorum nuptias, cuius Divus Gregorius meminit, vt nunc obſervamus, & propugnamus.

Iul. African. lib. 3. Certam. Apoſt. Cano. 18. Apoſt. Syn. Arelat. ſub Carol. Magn. cum alijs.

D. Gregor. in cap. 20. 35. q. 2. & 3.

CAPVT QVINTVM.

De nuptijs propter affinitatis reverentiam interdictis.

AFfinis eſt quæſtio Affinitatis, propter cujus reverenriam ſub inceſti pœna nuptię prohibẽtur, acceditq; coniugium privigni cum noverca, vi

1. Cor. ca. 5. Tert. lib. 5. Adv. Mart.

ctrici cum privigna, quod D. Paulus severè detestatur, cùm tamen nullum de ea re peculiare existat Christi præceptum, nec ipse aliò argumento vtitur quam quod talis commixtio à prophanis etiam gentibus impura habeatur, quod verum esse præter alia ostendunt Charondæ leges, & Romanorum suadet disciplina.

Hug. Grot. de iur. bell. Corn. Alap. in 1. Ad Cor. c. 5.

I.

Caius lib. 1. instit titu. §. 6. l. 15. l. 14 §. 3. l. 40. de ritu nup. Spart. in Car. Cicer. pro Cluent

COnstat ergo privigni cum noverca, victrici cum privigna, soceri cum nuru, socrus cum genero, conubium à Romanis sub incesti pœna inhibitum, est tamen non exilis hæsitationis an iuri gentium dictaminique naturæ talis commixtio exosa sit, an non, quod primum Papiniano placuit, & si postremum sustinendũ propugnemus; maximè Concilij Illiberitani munimento freti, præseferente nostræ assertionis veritatem, & quam plurium sen-

Papinian. in l. final de cond. sine caus l. 38. ad leg. Iul. de adult.

Canon 66. Conc Illib. Conc. Mog 1. Can. 56.

ſententiam, in quorum verba iuramus.

II.

VTique parentis adoptivi vxorem, ducere in vxorem nō licuit, quia & ſi mater non ſit, quippè neque agnata (niſi fortaſis in parentis adoptivi manum convenerit) quaſi novercę locum apud filium adoptivū obtinet, his conſequens fuit vxorem quondam privigni mariti vitrico nubere non potuiſſe, neque novercam matrimonium contrahere cum eo, qui maritus privigni fuit.

L.15.l.14. §.final. de ritu nupt.

III.

HIS Exceptis caſibus antiquitus inter affines (reclament licet non extremæ claſsis interprætes) neque prohibitas, neque improbatas aſſeveramus. Nam cum leviro, & glore matrimonium permiſſum à temporibus Tarquini ſuperbi, vſque ad tempo ra

Scip. Gent. & Alb. Gent. Xyl in not. ad Plut. Otom.

Dion. Alicarn. lib. 4. Apul. 2. Apol. Plut. in Craſſ. Iuret. ad Ivon. Epiſt 248.

ra Constantini, & Constantis liquido constat, & si Ecclesiastica disciplina cum leviro, & glore incesti piaculo affectas nuptias improbaverit, non vt iuri naturali contrarias, & diuino, nam, & quandoque lex scripta eas sustinuit.

Constant. in l. 1. C Theod. de incest nupt.

Deut. 25. Lev. 18 & plura Rit. de def. iuris civilis, & Canon. lib. 1. cap. 13. Mendo. in Illiber lib. 3. c. 44. Tiraq. in ll. Conub.

CAPVT SEXTVM.

De antiqua incesti pœna, non passim obvium, neq; omnibus tritum.

SVperst quæstio de incesti pœna, in eaque cum omnes interprætes ieiunent, officij nostri erit, nostram in medium proferre sententiam; credimus itaque incestarum nuptiarum pœnam (præterquam quod liberi ex incesto concubitu quæsiti pro spurijs habentur) ex L. xii. Tab. vltimum supplicium fuisse, subsequenti verò ævo deportationem.

Cice. lib. 2. de leg. Tacit. lib. 5.

Constat. ex leg. 5 de quæst. ex Paulo lib. 2. sentent. titu. 27. §. antep.

Ve-

I.

VErum enim vero, & si vir ausus, perpetrari incesti piaculum, vel iure naturali, vel sola ratione civili prohibiti, deportationis subiret regulariter pœnam, mulier tamen nisi incestum naturali assensu improbatum cōmitteret, simili pœna, vtique nulla afficiebatur, nisi legem sciens, & iuris contumatia ducta, incesti civilis crimen commisisset, nam tunc deportationis pœnam, vti & vir, subire tenebatur.

II.

IAM Tempus est (vt Satyricus ait) Orestem nostrum, vel super terga finire, proindeque noviter, & forsitan non infeliciter propugnabimus, propter incestas nuptias dotem caducam non fieri, nisi in eis incestum iure gentium inhibitum versetur, vel sciens le

gis

gis tantum prohibitionem iuris contumatia incesti piaculum agressa est, alioquin si iuris ignorantia ducta incestum sola iuris civilis censura improbatum subeat, amissione dotis neutiquàm afficitur, neque dos, vt caduca à fisco vindicatur.

Hoc fœdere distinctionis intelligen ua iura, in l. fin. de condit. sine causa, l. 52. de rit. nupt. & alia.

(·:·)



...ſtration ... & cum per verba non po-
auferret; & cum per verba non po-
tuiſſet, perſuaſsit Iovem, & Venerem adorare, vt videntes eos laſcivientes, ſûo pravo exemplo in illis adorarent cum, & veri Dei tolleret cultum.

19 Qui alios male vivendi exẽplo pervertunt, ſoli illi peccatores reputantur. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus eſt.* (B) Difficultas eſt: prætèr illarum duarum civitatum habitatores, etiam conſumpti fuerunt, & aliarum trium.

(B) *Geneſ. c.18.*

Parentes, Oves, ... tas, & Fœnum ... mor opprimeba... ſu delirabat. No... Ambroſ. ſed optimè cu... *tuit Parentes, timere Pa... cuerat fratricidium poſſe c... itti.* Suo pravo exemplo timuit, ſu...os edocti Parentes, bruta adhuc, & inſenſibilia eum interficere, ſi potuiſſent prævaricare.

...an- Ti- ...iſcur- S. Am- (D) *Po-... , qui do-*

(D) *S. Ambroſ lib. 2. de Cain & Abel c. 9.*

ARGVMEN-